

In telleximus a, quod cum quedam mulier peteret quendam in virum, testes ad sua intentionis assertionem induxit, per quos pars viri futurum sibi praejudicium meatus, exceptionem consanguinitatis objicit, ex qua intendit petitionem mulieris elidi: (G. inf. 1) Inquisitioni tuae taliter duximus respondentum, quod cum exceptione probata quæstio principalis perimitur, ante est cognoscendum de ipsa, quam ad definitionis articulum procedatur: quo facto, virum ab impetitione mulieris (prout expicit ratio juris) absolvias.

[i] Quis vero nos consilere voluerit, an prius de impedimento consanguinitatis sit agendum, quam super causa principali sententia proferatur.

C A P. II.

Si reus contra auctorem spoliatorem spoliationem opponit, aut excipiendo, & tunc prius auditur, & ea probata respondere non cogitur: sed per hoc non restitutur, aut agendo, & tunc simul utraque quæstio terminatur, & ea probata restituetur.

Innocentius III. Episcopo Narvarinensi. b

[an. 1206. Roma in Umbriam.]

Cum dilectus filius e Abbas de Ferentino de nobilibus viris dominis de Artone depositur questionem, quod prius debet coram Ecclesiastico Judice terminari. Hoc dicit secundum gloss. intelligendo, quod hic erat prius coram Judice seculari petita hæreditas, & exceptum fuit de illegitimitate.

Honorius III. Ludovico Regi Francorum.

(an. 1214.)

Tuam non credimus latere prudentiam, causam natum Reginæ Cypri, ad examen nostrum (ut pote quæ ad forum Ecclesiasticum pertinet) esse delatam. [G. inf. 1] Quia vero a antequam natalium causa terminata esset, dependentem ex illa successionis causam incipere, nihil aliud esset, quam diversi processibus intricare negotio, & confusione quadam judicis ordinem perturbare: mandamus, quatenus si forte ab ipsa Reginæ fuerit super hoc requisitus, donec jam dicta causa natalium Apostolico iudicio finem accepit, patienter expectes.

[i] Unde clare mem. Philippum Regem Francorum patrem tuum literis nostris curavimus premonere, ut si forsitan Regina ipsa super successione Comitatus Campanie quæstionem proponeret coram eo, non audiret eandem, quousque terminata esset predicta causa natalium, ex qua illa noscitur dependere. Licer igitur, sicut eidem patri tuo scriptum, velim Reginam ipsam in suis justis petitionibus exaudiri.]

C A P. IV.

Agens possessorio recuperandæ, non tenetur ante restitutionem suis spoliatoribus nisi super quæstione spoliationis] respondere; potest tamen ab agendo repellere exceptionem spoliationis. h.d.

Gregorius IX. (an. 1235.)

Super spoliatione conventus adverfus restitutionem petitum non est [nisi super quæstione spoliationis] si eum reconveniat, audiendus. Cum restitutionis petitio in hoc privilegiata noscatur, ut ipsam intentans non cogere ante restitutionem spoliatoribus respondere b. Quanquam ab agendo [spoliatione ab eis in modum exceptionis proposta] repellatur.

T I T U L U S XI.
DE PLUS PETITIONIBUS.

C A P. UNIC.

Ponit quatuor modos plus petendi, & penas plus penitentia.

Gregorius IX. (an. 1234.)

Consilium d providentiæ dici non potest, quod pecuniam tibi debitam, ante terminum ab adversario repe-

§. 1. Verum spoliatione in modum exceptionis tantum probata, non est per hoc restitutio facienda. Quemadmodum si in modum exceptionis aliquod crimen testi objicitur, ut a testimonio repellatur, et si crimen contra eum civiliter probatum fuerit, non ideo sibi poena infligitur ordinaria, sed ejus duhtaxat testimonio non creditur: quod ea ratione contingit, quoniam in ipsum accusatio non pro-

a i Cap. un. eod. tit. in 1. compil. b al. Narvensi. al. Novariensi. al. Varicensi. al. Marin. c Cap. 1. eod. tit. in 3. compil. d Arrones. e al. ut.

a Tamen. b Vid. l. bona fides cum not. ff. depositi. c al. orpo ta, in manuscr. d Vid. Jason. in §. si quis agens. Inflit. de act.

repetisti. Punitur enim importunitas plus potentium, si super petitione sua duxerint in iudicio persistendum: ita, quod qui repetunt amplius sine causa, in expensis adversario condemnantur. §. 1. Qui autem plus loco, ad interesse tenentur a: pro eo quod utilitas adimitur debitoribus, quam haberent, si statuto loco solvissent. §. 2. Ei vero, a quo amplius b tempore petitur, inducit duplificantur: nec item excipiet, nisi ei solvantur expensæ. §. 3. Te quoque dubitare non credimus, quod causa plus petitur, cum aliquid in genere, vel sub alternatione debetur, & rem in specie, vel unum præcise peti contingit. §. 4. Rejautem, si X. sint debita, & XX. repeatantur. §. 5. Loco vero, cum quis non ubi convenit solvere, sed alibi convenit. §. 6. Tempore quoque, cum ante diem, vel conditionem petitur quod debetur.

T I T U L U S XII.
DE CAUSA POSSESSIONIS, ET PRO-
PRIETATIS.

C A P. I.

Causa possessionis, & proprietatis sub eodem Judice terminari debet: nec contra absentem est pronunciandum.

Gregorius Duci & Siciliae. (an. 1075.)

S tam e momento, quam proprietatis causam, sub uno eodemque Judice debere cognosci f. Nec nos contra inauditam partem aliquid possimus diffinire.

[i] Magnitudinis vestre epibolis confirmatis sumus, &c. que sunt impressa in registro Gregorii.)

C A P. II.

Si actum est possessorio, & petitorio, potest Judex receptis probationibus super utraque, prius discutere probationes super possessorio, & illud terminare. h.d.

Celestinus III. (an. 1195.)

A d ultimum interrogati fuimus g, si Judices deputati, aut de possessione, & proprietate cognoscant, gravibus partium sumptibus parcere cupientes, de utraque commixtim audiant allegationes, pariter & testes admittant b: deinde prius audiant attestations de possessione, & pronuncient secundum tenorem illarum, utrum licite hoc agatur. Nos autem (cum hoc sit in jure civili expressum) quod licite possit fieri, respondemus.

C A P. III.

Si spoliatus possessorio, & petitorio simul agens, possessionem, & spoliationem probat, sed non dominum seu proprietatem, obtinet in possessorio: sed succumbet in petitorio.

Innocentius III. Archiepiscopo, & Canonicis Sutrinis.

(an. 1206.)

C um Ecclesia Sutrina pastore s vacaret, vos convenientes in unum, & (sicut moris est) Spiritus Sancti gratia invocata, pastorem unanimiter elegitis, petentes ipsius electionem a sede Apostolica confirmari. Venerabimur conventionalium Ecclesiarum civitatis ejusdem consequenter suam depositure querelam, quod cum in Episcoporum electionibus ipsi, ac praedecessores eorum confluuerint interesse, vos eis renitentibus, & exclusis, ad electionem procedere presumptis: quam ob hoc non confirmari, sed infirmari prius postulabant. Partibus ergo apud sed. Apost. constitutis, in au-

a Vid. l. 1. ff. de eo quod certo loc. b plus. c alit. Felici Gregor. VII. Registr. ind. 2. epist. 98. sive 100. d cap. 1. eod. tit. in 1. compil. e al. momentanea possessionis: sed in registr. Gregor. est momenti. f Vid. l. 1. & per totum tit. ff. de quib. reh. ad eundem iudic. eatur. g c. un. eod. tit. in 2. compil. h accipiente. i Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.

ditorum praesentia restes utrinque producti fuerant: & eorum depositionibus publicatis, pars Canonicorum per testes a se introductos intentionem suam (quod ad eos tantum spectaret electio) sufficienter dicebant a esse probatum: parte Clericorum nihilominus afferente, quod per dicta testimonia, quos produxerant, & ipsi assertionem suam (quod electioni Pontificum interesse deberent) plenus probavissent: per quæ constare dicebant, eos electionibus trium Episcoporum (qui Ecclesia Sutrina ultimo & immediate præfuerant) cum Canonicis cathedralis Ecclesiae affuisse, vocemque habuisse cum aliis eligendi. Nos igitur (quoniam deprehendimus testes vestros in perhibendis testimonios varios extitisse, atque adversus fidem attestacionis suæ coram auditoribus vacillasse, & quod negativam quodammodo astriuere satagebant, probare volentes jus electionis ita b ad vos spectare, quod ad adversarios minime pertineret: per testes vero adversæ partis fuit sufficienter ostensum, quod in trium Episcoporum electionibus, de quibus præmissum est, Clerici presentes affuerint, & vocem habuerint eligendi) præmissam electionem factam eis contradicentibus, & exclusis, decrevimus irritandam, Clericos saepe dictos in eam quasi possessionem, quam ante controversiam motam habuerant, reducentes. Verum quoniam in questione predicta quicquid juris utraque pars in electione habebat, deductum in iudicium videbatur, cum iure civili sit cautum, id vere in iudicium, non solum, de quo actum est ut veniret, sed id non venire, de quo nominatum actum est, ne veniret, & secundum statuta canonica electiones Episcoporum ad cathedralium Ecclesiarum Clericos regulariter pertinere noscantur, nisi alibi secus obtineat de consuetudine speciali: nec ab eo, c quod Clerici antedicti se inter eligentes Sutrinos Episcopos probaverunt tertio extitisse, ius eligendi propter brevitatem temporis usque ad præscriptionem legitimam non producti, sibi acquirere potuerunt, & auctore non probante, qui convenit, & si nihil præsriterit, obtinebit: ab eorum impeditione super electionibus faciens vos duximus absolvendos, predictis Ecclesiarum Clericis super hoc perpetuum silentium imponentes.

C A P. IV.

Idem dicit quoad intellectum, quod decretalis supra proxima.

Idem Canonicis de Bethlehem. (an. 1206.)

C um super d electione Bethlehem. Ecclesia inter R. Subdiaconum nostrum, & P. Canonicum sepulchri dominici quæstio verteretur, utique se pro electo gerente cum praefatus Subdiaconus a Patriarcha Hierosolymitano fuerit confirmatus: (G. inf. 1) Eum, e qui se probaverat per secularem potentiam spoliatum, restituendum decrevimus, iustitia mediante. Verum quoniam tam possessori, quam petitorum deductum fuerat in iudicium, & tam restitutionis, quam electionis quæstio, plenus agitata, & constituit nobis electionem utriusque minus canoniam extitisse, (cum Judex, de qua re cognovit, pronunciat f. debeat) utramque duximus sententialiter irritandam. g

[i] Alter vero favorem Regium obtineret, eis dil. f. p. Basilica 12. Apostolorum I. titul. S. Stephani in monte Celia Presby-

a Dicebat. b alit. ita quidem. c Hujus periodi sensus: Clerici conventionalium Ecclesiarum, quamvis tribus Episcoporum electionibus interfuerint, non tamen acquiescerunt ius eligendi: quoniam nondum legitimo tempore id ius prescripserant. d C. 2. eod. tit. in 3. compil. e al. Et quia se probaverat. al. ita. f In Cod. Barb. de ea pronunciare, &c. g Reliqua pars hujus c. est infra, de confessis. c. 2.

& adversarius ei crimen objicit, ut eum a sua intentione repellat: non occurrit nobis, quod illius objectio admitti debeat, vel principalis causae propter hoc executio retardari: quoniam criminaliter adverius eum ante restitucionem agere non potest, cum presumatur ejus existere inimicus.

C A P. VII.

Spoliatus etiam a Judge juris ordine prætermisso, ante omnia restituatur.

Idem Cantuar. Archiepiscopo. (an. 1160.)

Conquerente b nobis Renaldo Clerico accepimus, quod ipsum Ecclesia de VVe fort c sine judicio spoliasti. Quia vero jam non decet honestatem tuam, Clericos tuos jurisdictionis sine manifesta causa, & rationabili suis beneficiis spoliare, quibus teneris paterna provisione consulere mandamus, quatenus, si est ita, prædicto Clerico præfatum Ecclesiam cum redditibus inde perceptis restituas, & in pace eam possidere permittas. Restituzione autem facta, si quid adversus eum super præscripta Ecclesia proponere volueris, coram Exon. Episcopo delegato a nobis per te, vel per sufficientem responsalem tuum cum eodem R. ordine judicario poteris experiri.

C A P. VIII.

Restituitur conjuncto viro probanti desponsationem, & copulam, & de ipsis impunitate carenti, nisi magna sit viri sevitia.

Idem Ambian. & Beluacens. Episcopis.

Ex transmissa d nobis: (& inf. 1) Mandamus, quatenus si vobis constiterit, quod præfata mulier prædicto militi legitime desponsata fuisset, & ab eo cognita, ipsam ei restitu faciat, recepta tamen sufficienti cautione, quod illi non debeat aliquid malum inferre. Si autem capitali odio ita mulierem vir persecutus, quod merito de ipso diffidat, alicui proba, & honesta mulieri usque ad causas decisiones custodienda studiosus committatur, in loco, ubi vir, vel parentes ejus mulieri nullam possint violentiam e inferre.

(1 Quia nobis de veritate constare non potuit, causam experientia vestra duimus committendam. F. v. p. a. s.)

C A P. IX.

Per solutionem pensionis rei donatae factam donatario cum auctoritate donatoris, acquiritur illi donatario rei donatae possessio: adeo, quod si ab illo expellitur, per interdictum recuperanda agere poterit.

Idem Exon. Episcopo, & Abb. de Herford.

Cum venisset f ad nos B. Canonicus sanctæ Trinitatis de Hasul g a suo Priore, & Capitulo destinatus, in audentia nostra proposuit, quod cum Eboracensis Archiepiscopus Ecclesiam de N. eis concessisset, & per scriptum proprium confirmasset, ita quod post decepsum G. Clerici [qui præfatum Ecclesiam tunc tenebat] ipsis eorum omnibus modis proficeret b, & interim auctoritate ipsius Archiepiscopi idem G. ipsis Canonici annuum solveret pensionem: [& inf. 1] Respondemus, quod si præfati Canonici de prædicta Ecclesia, auctoritate ejusdem Archiepiscopi, vivente Clerico perceperunt annum pensionem: eo mortuo, quamvis auctoritate ejusdem Archiepiscopi non quæserunt, vitiis tamen non sunt possessionem ingressum (sicut cautum est) & is possideat, cuius nomine possidetur.

(1 Nos postmodum etiam ipsam concessionem, scripto ipsis Archiepiscopi diligenter inspecto, aut. Apost. duimus confirmationem. Mortuo autem præfatio Clerico jam dicti Canonici,

a Vid. l. qui ad nundinas. §. clam possidere. cum l. seg. per Bart. ff. de acquir. poss. b Cap. 1. eod. tit. in 2. comp. c Carrefort. d C. 3. eod. tit. in 2. compil. e molestians. f C. 4. eod. tit. in 2. compil. g al. Batillis, al. Basillis. al. Barcel. al. Berccellis. h al. preficeret.

licet per ipsum Archiepiscopum non fuissent in possessionem Ecclesia prædicta inde ultra, tamquam de concessione, & confirmatione nostra plurimum confidentes, Ecclesiam ipsam, ne a quadam Clerico roubaretur, qui eos super eadem Ecclesia nrebatur fatigare, sunt ingressi: & tam contra ipsum Archidiac. a quo gravari timebant, quam contra præfatum Clericum ad n. audentiam appellaverant. Ipsius vero per duos de fratribus suis appellationem factam prosequentibus, sacerdotibus Archidiaconus bladum, & omnia bona Ecclesie, que præfatus G. Clericus suus moriens ibidem reliquit, fecit, quod vix credere possumus, invitis prædictis Canonici asportari. & infra. Magister vero M. & A. nuncii ejusdem Archidiaconi, qui præfentes aderant ipsum super his instanter excusaverunt, & adiherunt Archidiac. jam prædicto per præfatos Canonicos gravem injuriam irrogavisse. Quia si ab ipso literas concessonis habuissent, ipsius aut. postmodum contempta, per se ipsos in possessionem ingredi non deberent. Nos itaque

C A P. X.

Si Actore agente petitorio reus super eadem re deducit possessum, proceditur in solo possessorio, suspeso petitorio.

Lucius III. G. Archidiaco, & I. Archipresbytero Turonem. (an. 1281.)

EX conquisitione B. mulieris ad nos noveritis pervenisse, quod cum C. miles eam sibi matrimonio copulasset, & maritali affectione perractans ex ipsa filiam suscepisset, sine judicio Ecclesie a se removit eandem: & de accusando super consanguinitate matrimonio, remoto appellationis obstatulo, literas ad Judices impetravit: cum autem priusquam a Judicibus mulier citaretur, per dioecesanum Episcopum virum sibi restitui petisset, & ob hoc ad nos proprium nuncium destinasset: denun coram præfatis Judicibus constituta, modo per se, modo per Procuratorem, ante ipsius causam ingressum, & post, virum sibi restitui postulabat. Judices vero restitutione denegata (quod fieri non debuit) in principali negotio procedere voluerunt b: unde ipsa nostram audentiam appellavit: [& inf. 1] Mandamus, quatenus si ita est, mulieri virum restitui faciat, que post appellationem c ipsius acta sunt, in irritum revocantes: postmodum super matrimonio causam audiatis, & fine canonico terminatis.

(1 Quia ergo iniuste gravatis Apostolicum debemus patrociniū impetrari, dis. v. p. a. s.)

C A P. XI.

Violentus rem cum fructibus, etiam qui percipi potuissent, restituere, damna resarcire, & de injuriis faciencis compellitur.

Celestinus III. (an. 1192.)

Gravis d ad nos querela: [& inf.] Mandamus, quatenus si vobis constiterit de premissis, prædictum Archidiaconom ablata prænominati monasterii fratribus cum integritate restituere, damna plenarie resarcire, & de illatis injuriis competenter satisfacere compellatis: provisuri, ut non tantum fructus a novo, & violento possessore perceptos, sed quos (si eis possidere fuisset licitum) possessores veteres percepti possidissent, reddi faciat eisdem.

C A P. XII.

Ingressus possessionem, ignorante domino, ad quem pertinet, potest per ipsum dominum, statim cum sciverit, repellere etiam violenter, nec ex tali repulsione competit repulso contra dominum interdictum possessorium h. d.

Innocen-

a Cap. 8. eod. 3. tit. in 1. compil. b Hic legitur, noluerunt, cui repugnat & sensus, & series hujus cap. nam cum Judices restitucionem negassent, & de facto procederent, ipsa operari. c Vide ad bac Abbat. d Cap. 5. eod. tit. in 2. comp. e vid. l. 1. §. qui autem, cum §. seq. ff. de vi & vi armata.

Innocentius III. Episcopo, & Capitulo Tridon. a
(an. 1199.)

Olim causam b, que inter vos nomine Tridon. c Ecclesie, & magistrum, & fratres militiae templi in Lombardia, super domo Caluentia vertebarunt, de Locedio d, & de Columba Abbatibus meminimus commisimus: [& inf.] Episcopus Tridon. e possessiones quasdam Humiliatis f sub ea conditione concessit, quod nomine Tridon. Episcopi oratorium ibidem, & hospitale constituerent, & tres solidos censuales Tridon. g Episcopo anni singulis exhiberent, a quo etiam persona, que loco praeficeretur eidem, investituram perciperet, & pro se, & aliis fratribus, ei, & successoribus ejus obedientiam faceret manualem: Episcopo sibi loci dominum nihilominus retinente. Diutus vero magister ad eandem dominum aspirans, ipsos adeo circumvenit, quod præter conscientiam vestram se, & sua in ejus manibus tradiderunt: ea tamen conditione apposita, si vobis quod b facerent, complaceret: sine quorum assensu se nihil posse facere asserebant: [& inf. 1] Intelligentes autem prædictum dominum eidem magistro traditam sub conditione fuisse, & quod nullum juri vestro præjudicium fuerat irrogatum, ex eo quod idem magister justitiae vestra non inscius, vobis ignorantibus possessionem accepit, præsternit cum statim, ex quo id vobis innotuit, vim vi duxerit reppellendam, & quod idem sua temeritate possessionem præter conscientiam vestram (ad quos ipsam possessionem noverat pertinere, & quos questionem sibi moturos suspicari debuerat) est ingressus, Procuratorem vestrum, & vestro nomine ab impetitione ipsius magistri, nomine domus militiae templi, quoad faciendam restitutionem, quam petebat, reddimus absolutum: decernentes, vos magistro satisfactionem debitam exhibere, si defendendo jus velutrum, in offensam ipsius, vel domus militiae templi modum forsan excessisti.

f i Magister vero conditionem apposita accepit, & quod aliter eos non recipere, affirmavit. & inf. Tunc vero magister accedens Caluentiam exinde paramenta Ecclesie, instrumento domus, & libros accepit, & nonaginta ives fecit abduci, ac postmodum reversus ad vos, cum ei fuisse, quod petierat, denegatum, quis paratus esset vobis facere rationem, si forsitan vos offendebat, adjecit. Vos autem intentionem ejus malevolam attendentes, & ne se domo invromitteret memorata distractius inhibentes, ad sed. Apost. appellatis: & cum tu, frater Episcope, que gesta fuerant audivisses, omnes pariter ad domum accessitis eandem, & eos, quos invenitis ibidem ad domum custodiā a magistro relatos, ejecitis, ex ea vim vi, sicut omnia iura permittunt, licite repellentes. Unde cum possessio prædicta domus sub conditione tradita fuisse eidem magistro, non extante conditione tradito non tenebat. Præterea cum idem magister clam dominum illam intraverit, nullum est vobis prejudicium generatum, quo minus cum possitis repellere, cum id ad vestram audentiam perveniret, præsternit cum verus dominus controversiam ipse noverit, vel suspicatur fuerit, vel debuit suspicari. & inf. Cum autem Cardinales prædicti, que coram eis tam ex parte vestra, quam ex alia proposita fuerant, nobis fideliter retulissent.]

C A P. XIII.

Si contra petentem restitucionem conjugis, opponitur consanguinitas in gradu prohibito, & offeruntur probationes paratae:

a Terdon. al. Tendon. b C. 2. eod. tit. in 3. compil. c Tendon. d Locedio, al. Lacedio. e Tendon. f B. Anton. in lib. hist. p. 2. tit. 15. cap. 23. & Caffan. in Catal. gloria mundi. p. 4. confid. 60. vide cap. 20. g Terdon. h Faceret, in aliquot exemplar. & male, cum facerent ad Humiliatos referatur, qui ea conditione, & sua magistro templi tradiderunt, si quod facerent, placeret Episcopo, & Cap. Tridon. ut clarus pater ex antiquis.

recepio ab opponente iuramento de malitia, negabitur restitutio quadam torum, & fit quadam reliqua: si vero probationes propriae non sint, fit plena restitutio, nisi sit magna viri sevita.

Idem Biruricen. Archidiaco. [an. 1199.]

L iteras tuas recepimus a, quod cum quedam matrimoniis causa (Biruricen. Archidiaco in remotis b agente) in tua præsentia tractaretur, Guilielma mulier c separari a G. viro suo instantissime postulabat, cui se quartu gradu consanguinitatis proponebat esse conjunctam: [& inf. 1] Vir autem sibi uxorem postulabat restitui, quae ab eo sua temeritate divertit: [& inf. 2] Rescripto petebas Apostolico edoceri, utrum quando aliquis consanguinitatis gradus objicatur, in quo sedes Apostolica dispensare non potest, nec etiam consuevit, & probationes præposta sunt, & paratae, indulgenda restitutio sit, an neganda? [& inf. 3] Sane circa solutionem proprieatæ questionis diversæ sunt sententiae diversorum: aliis afferentibus restitucionem faciendam: alii sententibus in contrarium: nonnullis viam medium eligentibus, ac dicentibus eam faciendam interdum, quandoque penitus denegandam. Primi per decretalem epistolam d Lucii Papa juvari vindicantur, arguentis quasdam Judices delegatos, qui restitucionem viri, qui sine judicio Ecclesia uxorem dimiserat, & ei consanguinitatem postmodum opponebat, spoliata ac repetenter conjugem denegabat: & mandantis sibi prius restitui taliter ipsilatam, & postea de matrimoniali causa cognosci. Horum autem assertione incestus invenitur periculum oppugnare: sed ipsi timorem incestus inanem esse respondent, cum etiam beneficio restitutio obtento, qui consanguinitatis habet notitiam, nec exigere debitur. Secunda vero assertio per oraculum g Clementis Papa fulcitur, a quo cum fuisse quæstum, utrum muliere quadam quandam in virum petente, qui ut eam repelleret, exceptionem consanguinitatis objicit, prius esset de impedimento consanguinitatis agendum, quam super matrimonio sententia proferetur: sic inquisitione facta respondit, quod cum exceptione probata, principalis quæstio perimitur, prius est cognoscendum de ipsa, quam ad diffinitionis articulum procedatur: cum etiam in multis casibus restitucionis differatur, secundum canonicas sanções. Opinionem autem ultimæ videtur non incongrue adaptari, ut in gradibus consanguinitatis divisa h legi prohibitis restitutioni aditus precludatur: sed constitutione interdictis humana, restitutio locum habeat cum effetu: cum in illis dispensari non possit, & in istis valeat dispensari: sicut B. Greg. & multi alii dispensarunt. Unde non peccat, qui in hoc articulo ad mandatum Ecclesie reddit debitum conjugale. Nos autem ad præsens nullam de prædictis sententis reprobamus: nec cuiquam earum aliquod præjudicium ex nostra responsione volumus generare: quamvis præscriptum Lucii Papæ mandatum ad possessorium, responsum vero Clementis ad petitorum referatur. Porro cum mulier, quæ consanguinitatis habet notitiam, præsternit in gradibus, quos lex i divina prohibuit, non possit hujusmodi viro sine mortali peccato carna-

P 2
carna-

a Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. b in remotis partibus, &c. c al. N. al. D. al. V. d ex conquisitione. supra eod. e vide periculum expugnare, f nec contra conscientiam solvere reneatur. g intellectus supr. de ord. cogn. h Olim, ob hominem raritatem, tantum inter filium, & matrem, patrem, & filiam virtutis erat conjugalis nexus lege divina. i Vid. Lewis. 28. & 8. q. 2.